

in Germaniam superiorem (*Tac. hist.* 4, 68, *cf. infra N.* 2286). — 2) *Iidem fere versus sunt supra N.* 2028.

2258 P. Cornelius P. [f.] Epor[e]diensis¹ | mil. leg. XI, ann. XXX stip. VIII.

Seardonae (III 6415 semel descripta saec. XVIII). — 1) Cf. N. 2249 *not.* 1.

2259 A. Sentius A. f. | Pom. Arreti., | vet. leg. XI h. s. e., t. f. i., | hic est occisus | finibus Varvari|norum¹ in agello | secus Titum¹ flu|men ad Petram | Longam. F. c. her.² | Q. Calventius L. f. Vitalis.

Ad montem Prominam Dalmatiae rep., ibi fere ubi fuit Burnum (III 6448 ad duo apographa). — 1) Cf. Plin. h. n. 5, 159. — 2) Faciundum curavit heres.

2260 Quartus Iventus T. f. | missicius¹ leg. XI, | ann. XXXV, | h. s. e.

Salonis (III 2057 vidit Mommsen). — 1) Hunc militem missum esse non perfunctum stipendiis, quae anno vitae XXXV emerita esse non potuerunt, sed ex causa, fortasse propter morbum, ideoque dici non veteranum, sed missicium, ait Mommsen. Ceterum missicii vocabulum aetate primorum imperatorum reperitur semel certe usurpatum de milite, qui iustum numerum stipendiorum emeruerat (infra N. 2267), item semel coniunctum cum vocabulo veterani (infra N. 2521).

2261 P. Urvinus | P. f. Vol. For. | Fulvi¹, speculator leg. | XIII², stipend. | XIIX anoru. | XXXV, h. s. e. | M. Aruntiu[s] cosob. cur. | egi.

Moguntiaci (Brambach 1474). — 1) Tribu Voltinia, domo Foro Fulvii (cf. C. V p. 840). — 2) Legio decima tertia (Gemina) fuit in Germania anno p. Chr. 14 (Tac. a. 1, 37); postea, ante a. 69, translata est in Pannoniam, ubi stativa eius fuerunt Poetovione (Tac. hist. 5, 1). Cf. infra N. 2550. Commorationis in Germania praeterea nullum documentum reliquit (nisi fortasse tegulas ap. Brambach 1577 d; veterani est inscr. Helv. 267).

2262 Sec. Metius C. | f. St. F. Vibi¹, | mi[l.] | leg. XIII², ann. | . . .

Castelli Mattiacorum (Kastel) prope Moguntiacum (Brambach 1559 semel descripta saec. XVIII). — 1) Tribu Stellatina, domo Foro Vibi (Forum Vibii Caburrum, hodie Cavour, sub Alpibus Cottii, cf. C. V p. 825). — 2) Praeterea multorum aliorum militum legionis decimae quartae epitaphia Moguntiaci prodierunt, sed in his omnibus (excepto solo titulo edito Korrespondenzbl. der westd. Zeitschr. 8, 1889 p. 245) legio appellatur aut XIV Gemina (ut etiam in epitaphio quod videtur esse fratris huius Sec. Metii, Brambach 1479: Qu. Mettius | C. f. Stel. For. | Vibi, mil. leg. | XIII Gem., ann. | XXX stip. VII, | h. s. e.; | fratres | pro pietate | d. d. s.), aut XIV Gemina Martia Victricis. Legio decima quarta Gemina Moguntiaci stetit certe inde ab extremis temporibus Augusti usque ad Claudium, iterum, cum in Britannia cognomen Martiae et victricis sibi peperisset, inde ab anno 70 (Tac. hist. 5, 19) usque ad tempora Domitiani ut videtur.

2263 Sex. Cliternius | miles, | Aniensis¹, | Cremona, | leg. XIII², | aerorum | V[III], h. s. e.

In Gallia rep., in finibus Biturigum, ad vicum Nérís les Bains, ubi fuerunt Aquae Neri (de Laigue mémoires des antiquaires de France 49, 1888 p. 176). — 1) Tribus Aniensis. — 2) Legio decima quarta Gemina Germaniae superioris.

2264 L. Oclatius Tar|quiniensis¹, vet. | leg. XV², h. s. e. | T. Calventius | T. f. vet. leg. VIII² | et Oc[l]atia L. l. | Expectata de | suo posuerunt.